Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Deus qui nos beatorum de sancto corbiniano oratorum
bis corbiani confessoris tui atque pontificis
instantia ad aeternae quietis tui sancti nomis vocare
dignatus es · concede propitius · ut cuius sollemnitatem
colimus eiusdem proficiamus sentiamus l. l. sapientiae

Dominus possedit me initio viarum suarum · ante
quam quicquam faceret a principio · Ab aeterno ordinata
sum et ex antiquis · antequam terra fieret · nondum erant
abissi · et ego iam concepta eram · nec dum fontes
aquarum eruperant · nec dum montes gravi mole
constiterant · ante colles ego parturiebar · Adhuc
terram non fecerat et flumina · et cardines orbis ter-
Quando praeparabat celos aderam · quando certa lege et gyro
vallabat abyssos · quando aetheria firmabat sursum
et librabat fontes aquarum · quando circumdabat mare
terminum suum · et legem ponebat aquis · ne transirent fines suos · Quando appendebat fundamenta
terrae cum eo eram cuncta componens et delectabar
per singulos dies ludens coram eo omni tempore · lu-
dens in orbe terrarum · et deliciae meae esse cum filiis
hominum · nunc ergo filii audite me · Beati qui custo-
diunt vias meas · Audite disciplinam et estote sa-
pientes · et nolite abicere eam · Beatus homo qui
audit me · qui vigilat ad foores meas cotidie et
observat ad postes hostii mei · Qui me invenerit
inveniet vitam et haurietur salutem a domino V. E

Audi filia et vide et inclina aurem tuam quia concupivit rex speciem
tuam V. Speciosa facta es et pulchritudine tua intende prospere procede et
regna · Alleluia V. Felix es sacra virgo maria Sequentia

Stirpe maria regia prodeuata regem generans christum Laude